



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecycus, Johannes

Monachii, 1615

XI. Miseriam hominis, declarat eius vis & potentia agendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

CAPVT · XI.

Miseriam hominis declarat eius vis & potentia agendi.

EAm enim ille ex se non habet, vti neq; naturam, quæ agendi primum est principium. Eius etiam vsus, Dei immediatâ assistentiam, concursum & cooperationem ita requirit, vt nihil nisi à Deo adiutus facere operariq; possit; Vnde & Esaias docet

cap. 26. 12. Deum omnia opera nostra in nobis esse operatū. Asserit etiam Apostolus

2. Cor. 3. 5. nos, nec ad cogitandū aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sufficientes esse, sufficientiam vobis omnē ex Deo esse. Eius adeo virtute cessante, cessat & communicata hominis virtus; cessante eius virtute, nec vsit ignis in fornace Babylonica, nec manus Hieroboam flecti potuit, quā in Prophetam minitanti extenderat. A prompta interdū parataq; Dei ad concurrentiam

VLTIM.

virtute dissidēs, turpi otio, quod
 ad infernū via est, se dedit. Cum
 ad agendū deinde vim suam ex-
 erit, non rationem, sed sensum du-
 cē sequitur, sicq; corporis, quam
 animæ maiorem curam habet;
 anxie enim caducas voluptates
 venatur & captat; sollicitè hono-
 ribus inhiat, laboriosè opes con-
 sectatur; æterna verò negligenter,
 oscitanter, & remissè querit,
 ne se peccato alliget in postre-
 mis habet, *mare videt & fugit, &*
Jordanis conuertitur retrorsum. Plena
sunt omnia periculis, ait S. Leo, plena
laqueis, incitant cupiditates, illecebræ
insidiantur, blandiuntur lucra, dam-
na deterrent, amara sunt obloquentiū
linguæ. Et: Insidiæ sunt in diuitiarum
amplitude, insidiæ in paupertatis an-
gustijs, illæ eleuant ad superbiam, hæ-
incitant ad querelam. Tentat sanitas,
tentat infirmitas, dum & illa mate-
ria est negligentia, & hæc causa tristi-

Ps. 113. 3.
Serm. 5.
Quadr.

Ser. II.
Quadr. 2.

De gravitate pecc. mort.

Laqueus est in securitate, laqueus est in timore, nec interest utrum animus, qui terreno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an curis, cum par moribus sit, vel sub vana delectatione gaudere, vel sub anxia solitudine laborare, & tamen in his omnibus homo stertit; omnino potentiae illius ferum, exaculeatum & retusum videtur; vel laesa certe eius gradiendi facultas. Miser igitur homo & miserabilis est, & tamen contra fortem imbecillus, & contra omnipotentem impotens pugnat. O peccati summa gravitas & prauitas!

CAPVT XII.

Ex sensibus miseriam hominis cognoscere licet.

IN bonum enim hominis à Deo dati, ab adolescentia sua, *Gen. 8. 21.* vt & cogitatio humani cordis, in malum

lum pr
quæda
animo
Grego
ramina
quitur
rerum
tione i
lenon
saurun
ritus p
tores
plena
magici
ambro
tum pr
fidias p
tuo qu
ad bea
illis in
mini fa
nus in
menti
garrula